



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Generalis Totivs Sacri Ordinis Clericorvm Canonicoꝝ Historia Tripartita

Pennotto, Gabriele

Coloniae, Anno M.DC.XXXV.

Ill[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. D. Alexandro Vrsino S. R. E.
Cardinali, Canonicoꝝ Regvlarivm Lateranensivm Protectori
Clementissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38634

ILL.^{MO} ET REV.^{MO} D.
D. ALEXANDRO VRSINO
S. R. E. CARDINALI, CANONICORVM
REGVLARIVM LATERANENSIVM PRO-
TECTORI CLEMENTISSIMO.



Um paucis ab hinc annis, Ill.^{mo} Princeps, antiquas nostræ La-
teranensis familiæ Constitutiones ad S. Conclij Tridentini,
recentiumque Sedis Apostolicæ Decretorum normam, iussu
Generalis Capituli exploraturus, ad prima mei Ordinis incu-
nabula, progressionelque diligentius peruestiganda respexif-
sem, animaduerti non sine ingenti admiratione, animique mei
dolore nõ minimo, ex omnibus religionum cœtiis viros plu-
rimos tum eloquentia, tum eruditione instructos suorum Or-
dinum Historias, & res præclare gestas literis mandauisse diligentissimè, disertissimeq;
Verùm ex Ordine Canonicorum Regularium, qui aliorum se Protoperentem non fal-
sò prædicat, nullum fuisse, qui illius Generalem Historiam scriperit, vel attigerit.
Quam ideo culpam, incuriamque nostrorum pro tenuitate mearum virium delere
nihil cum in sedisset animo, cepti statim Historicorũ volumina, Latinorum, Græcorum
& aliorum hoc ipso de argumento differentium, quotquot ipse noueram, mihi sedulo
comparare, ac impensè perlegere, codices præterea Sanctorum Patrum, Conciliorum,
& Iuris Pontificij reuoluerè, necnon vetusta Ordinis monumenta inter ruinas, & ru-
dera latentia reterege, singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum in Prouincijs qui-
busque, ac Regnis vel nunc, vel olim existentium principia peruestigare, viros illustres
inde profectos querere, illorum præclara facinora, colligere: collecta verò suis qua-
que locis omnia disponere, sicque tandem, Diuino numine sæpius implorato, præmis-
sa necessaria disputatione de vero habitu, institutoque Beatissimi Patris, & Patriarchæ
nostri Augustini, Generalem, & vniuersalem Canonici Ordinis Historiam, à nascens
Ecclesiæ primordijs deductam hoc demum volumine complexus sum. In qua prouin-
cia obeunda quid præstitum à me sit, acerrimi tui Iudicij, cum in omni disciplinarum
genere, tum præcipuè in Historijs Ecclesiasticis, & voluminibus Sanctorum apprime
versati, ceterumque tui similibus arbitrium esto. Porro autem vt parentes puellarum,
quas minus speciosas enixæ sunt, gemmarum & monillium, ac aliorum id genus em-
blematum adminiculis, siue pulchritudinem rescicere, seu verius deformitatem obtege-
re consueuerunt: ita vt hic meus qualiscunque factus, ex se quidem perobscurus, nunc
publica luce sitendus, externo splendore auctus, legentium sibi oculos, animosque
conciliaret, splendidissimo tui nominis emblemate illius frontem exornare, curæ mihi
inprimis fuit. Tu enim velut illustre sydus, & tanquam gemma carbunculi in supremo
sacratissimi Purpuratorum Collegij firmamento constitutus, non solum omnigenæ
facultatis, quæ in intellectu onem exornat, Oratoriæ, Poeticæ, Mathematicæ, Legalisque,
& naturalis eruditione: sed etiam eorum præsidio bonorum, quæ hominem quam
similimum Deo reddunt, vitæ, inquam, castissimæ, innocentissimæque, Pietatis, Re-
ligionis, Clementiæ, ac ceterarum omnium Virtutum radijs, ita præfulges, vt omnium
nationum in te oculos, animosque conuertas, atque exemplo tuo ad amorem, com-
plexumque virtutis, quam tu ista suauitate morum pulchriorem quammodo reddis,
quam dulcissimè pertrahas. Vt fileam in præsentia Augustissimæ stirpis Vrsinorum,
maiorumque splendorem, & auitam illam gloriam, non solum quatuor Romanis Pon-
tificibus Stephano, II. Paulo I. Cœlestino III. & Nicolao III. Cardinalibus S. R. E.
triginta tribus, Senatoribus Vrbs sexaginta, Præfectis duobus, Imperatoribus exerci-
tuum

tuum ad quadraginta, Prouinciarum Ducibus, Principibus, Regulis in Italia, Germania, Gallijs, Polonia penè innumeris: Verùm etiam pluribus uiris sanctitate conspicuis, & in Diuorum Catalogum relatis, Vrsinum loquor Bituricensium, Volufianum Tolofatum præfules, Vrsinum alium apud Umbros Presbiterum, Benedictum Monachorum Patriarcham, cum sorore Scholastica, teste Bonifacio Simoneta ex ipsis D. Benedicti instituto Abbate, præter iam memoratos Pontifices Stephanum II. & Paulum I. mirifice locupletatam. Vt hæc, inquam, sileam, quod nimirum parentù hæc gloria tibi cum alijs multis communis sit, nisi fortè hoc solo nomine peculiaris, quòd quæ uirtutis ornamenta maioribus tuis sigillatim, atque per partes indita fuerunt, omnia simul in Amplitudine tua ueluti compendio quodam uirtutis absolutissimo Deus, & Natura collegerunt. Quamquam multis etiam nominibus Illustrissimo tuo nomini debebatur opus sub tuis cœlicissimis auspicijs absolutù, ab alumno sub tutela clientela posito, peculiariibusq; beneficijs aucto, & eo ex Ordine, cuius tu, Illustr. Princeps, præcipuum familiam magno illius ornamento, ac emolumento clementissimè protegis, & prudentissimè moderaris. Cuius institutum in Lateranensi Basilica, tunc quidem Regulari, susceperunt ij, quos memorauimus, Pontifices Stephanus II. & Paulus I. ex Clarissima tua familia profecti: quem Ordinem maiores tuos paternis, maternisque semper dilexisse, mirificè fouisse, magnificèq; beneficijs ornauisse, non inaniter gloriari possumus. Non enim præterit nos, à Cœlestino Tertio vix ad Pontificatum euecto duos Lateranensis tunc nostri Monasterij Canonicos Lotharium de Comitibus Signiæ, Cenciumq; de Sabellis in Sacrum Cardinalium Senatuum coaptatos, quos in Pontificatu successores habuit, Innocentium III. & Honorium III. nuncupatos. Recolimus Illustrissimi Cardinalis Ioannis Baptistæ Vrsini summum erga nostros studium, atque clementiam, quos Sede Pontificali ante Sixtum IV. proximè vacante, priuatorum quorundam uolentia Laterano exactos, rebus cum Summo Pontifice, Conseruatoribus Urbis, alijsq; Clericis compositis, loco restituendos curauerat: cuius uotum, operamq; secutus proculdubio fuisset effectus, nisi malitia temporum negotium illi uolenter è manibus deiecerit. Manet nostris mentibus altè consignata summa Leonis X. matre Clarice Vrsina, patre Laurentio Mediceo tuis auis maternis geniti, in nos beneuolentia, quos tanto honore dignos esse uoluit, ut ab Innocentio Octauo Cardinalis renuntiatus, ex nostrorum, id est ex Abbatis tunc Fesulani manu sui Cardinalatus insignia accipere non fuerit dedignatus. neque tandem memoria excidit eiusdem Laurentij Medicei, necnon Magni Cosmi eiusdem Genitoris, & Petri fratris munificentia, tum in Abbatia Pisana S. Michaelis, tum præsertim in Fesulana ab ipsis fundamentis restituenda, cum amplissima Bibliotheca, maximis impensis octoginta circiter millium aureorum. Quæ, aliaq; plurima tuis maioribus accepta scimus, referimus, prædicamus, nec prorsus ambigimus, parem beneuolentiam tanquam naturali quadam propagatione in te deriuatam, tibi animo pariter infudisse. Quapropter, ut obsequium, exiguum hoc quidem, sed ab ingenti propensione profectum, quod tanquã animi mei, totiusq; Lateranensis familiæ pignus offero, & Illustrissimo nomini tuo uolens, ac libens dico, pro innata benignitate probes, supplex oro, quæsoq;. Id enim si assecutus fuero, tunc egisse me quid maximum arbitror: Deum Optimum precaturus, ut Amplitudinem tuam cœlicissimam ad nostræ familiæ regimen, & Vniuersalis Ecclesiæ decus, atq; præsidium seruet: & rerum tuarum cursum fortunatissimum esse iubeat. Vale. Romæ ex Canonica S. Mariæ Pacis.

III. ^{me} & Reu. ^{me} Dñi tuæ.

Seruus in Christo perpetuus & humillimus
Gabriel Pennottus C.R.L.

LECTO.

LECTORI BEN A V T



Magna flumina, etsi purissima ex
dum ab ipsis fontibus paulatim al
quæ pertranscunt, limofitate, siue
turbata, & inquinata in mare ta
prorsus effecta, vix maximo cum l
repurgari. Haud fecus, Lector ben
illi ad communem humanæ Re
quædam, emiserunt ab omni figmentorum cœnosta
multorum manus peruenerint, ut varium, ac multip
deueniebant, tot figmentis mēdaciorem inquinata ad
ac solitudine à uiris doctissimis adhibitis, à fecibus
aliquando repurgari. Huius generis historiæ de Cleric
los hic ponere, quæ S. Hieronymus, Augustinus, Gela
centiosus Cardin. Bellarm. & Baronius, Melchior Cant
simi nota uerunt. Verùm cæteris omnibus prætermisiss
per annos octingētos receptissimæ historiæ de Cleric
pentesis, & Ecclesiæ Doctoris omnium Principis insar
rum Clericorum ab eodem Sanctissimo Præfule repar
uerius ab ipso met. Diuo Augustino uerbis claris, conc
D. enim Augustinus suarū Confessionum lib. 10. cap.
Conteritus peccatis meis, & mole peccatorum meorum, & m
fogam in solitudine: sed prohibuisti me, & confortasti me,
uiuant iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsi mortuus est. L
76. Nimirum, inquit, dolendum, si ad tam rursusam superbia
uice dignus putemur, in quorum numero sumus, cum aliquan
Denum de suo habitu loquens sermone secundo de
lirum, uel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune. De
habere uelle, quidquid habeo. Nolo talia offerat Sanctus in u
mibi uerbi gratia lirrurum pretiosum: forte decet Episcopum, q
perem, de pauperibus uatum. Modo dicturi sunt homines: q
uel in domo Patris mei, uel in illa seculari professione mea. non
huerit, s'atri meo dare, qualem potest habere Presbyter, qual
talem uolo accipere: quia in commune accipio. Si qui meliores
poteſt uellu esse communis, pretium uellu fit commune. Possi
quadragenarius, & familiaris, qui ea de magistro scripsi
uel ab eo didicit, & expertus est quam pluribus annis e
moribus eiusdem D. Augustini edidit, primum fatetur
uitam inter laicos duxisse. Deinde factum presbyterum
intra suam Ecclesiam mox instituisse, & cum Dei serui
uiuentes in illius officio interpretatur, uiuere cepisse si
constitutum: ac demum factum Episcopum in sua loc
tes semper tenuisse. Cum ipso, inquit, semper Clerici uia et
bantur, & uelliebantur, & supra. V' esset eius, & calcament
nec nitidum, nec abiecta plurimum: quia in his plurim
Iesu Christi, sed que sua sunt, idem querentes.
Ex illis testimonijs apertissimis, & omni exceptione
ante annos circiter quadringentis has duas ueritates
professione clericum canonicum siue Regularem ext
uisse, cum clericis canonicis communem uitam duxisse
emplum uitæ Apostolicæ conquadratam scripſisse, ac
consensus per annos octingentos, & amplius tam firm
stanter adeo asseruit, ac defendit: ut si ueterum libros c
ciliorum, & Sacrorum Canonum decreta, historicoru
de illis uel in apice quidem hæstitauerit: quem ad modu
52. & 53. ostendere conabor, dum probabitur, omnes
tum adducendos, apocryphos exſistere ad fucum faci